

Pars prima de vniuerso

Et iste omnes mutationes ultimo sexcentenario in cuius fine sumus facte sunt. In precedenti anno cum in cuius fine sumus sexcentenario et fere quadraginta annis auctor ex libro christiano et regnum ipsorum. Utrum autem ita se habeat vita per omnes sexcentenarios anno rurum quod fluxerit ab initio mundi scire potest cronica. Quid autem futurum sit per hoc de mutationibus magnis astronomi prediuinare continentur ex predictione planetarum que futura est in libra. Causa autem in hoc est quia omnes huiusmodi mutationes attribuitur coniunctionibus istis et motibus stellarum fixarum. Manifestum etiam est tibi ex his quod processerunt quia quod dixerunt coram per triavimus nouem secula vivere intellererunt secula centenarios annos quod per trescentenarios annos vel novem opinati sunt vivere coram. Generatio autem non immerito credi potest spatium secundum annos et tunc intelligenda est dicitur a genere et reuera tamdiu se esse de eodem genere homines dicunt quod secundum patrem generis agnoscunt et tamdiu etiam gradus parentele et cognationis putant et hoc est spaciunm vite hominis nisi ipsum aut malicia complexiois. aut alia incommodeitas abreuerit et extenditur aut plurimum in plures quam cunctum annos sepius nec contrahitur in paucos. Sciendum etiam est tibi quia generatio dicitur interduum totum tempus quo generantur homines quemadmodum et generatio dicitur tempus renovationis ipsorum hoc est resurrectionis et iste intentiones inueniuntur in lege christiana que grece euangelium vocatur. Nec dubitandum est tibi quin generatione etiam unum genus aut una progenies nominetur, progenies autem generatione est ex uno primo ac principali capite famoso. scilicet ac nominato plebe. ibi quod per homines et ignoti non dant nomen generibus. nec eis ascribuntur genera vel generationes. Sed illis qui patres simul ac principes gentium suorum habentur. Etas autem per primam sui cognitione dicitur tempus vite unius cuiusque animalis. Dicitur etiam et status vnius cuiusque prout secundum quam est mutatio in ipso animali. Sicut in homine nominantur etates sex. Infancia puericia adolescencia. Juventus. Senectus et senium et figurata translatam sunt ista vocabula ad status populo rum. Sicut et quodam ex historiographis infantia populi romani etiam etates assignavit et adaptavit eidem transfertur etiam et ad tunc huius mundi terreni statu hoc est totius

huius generis. Unum et crebro dicitur homines mundi senuisse alii eundem senescere. Eum vero idem est secundum quandam. Unde et apud historiographos iuuenies isti homines non fuerunt enim nisi hoc est tempus nostri. Dicunt autem quidam italicorum euum interdum eternitatem accipit et ab eo. id est ab eternitate tempus fluere.

Lito post hec quia in sermonibus autenticis inueniuntur scriptum dies antiquos et annos eternos. Et numerus annorum creatoris inestimabilis et anni eius non deficientes. Quibus omnibus sermonibus nihil aliud convenienter intelligi potest quam ipsius eternitas nomina omnium dierum et annorum fluentis et omnino instabilis durationis nomina sunt propria intentione sua. necesse est ergo ut huiusmodi nominibus non aliud intelligi quam eternitatem creatoris qualiter eam esse superius audiuiti. Juxta has intentiones intelligenda sunt tibi secula seculorum infinita immortalia. Unum enim seculum ut supra dixi tibi eternitas est que nec recipit divisionem in se neque aggregationem alterius et ideo non per significatur per secula. quod in ea non est seculum et seculum. Sed nec ipsa perpetuitas que inciperet a die iudicii recipit aggregationem nisi quis dicat quia perpetuitas glorie que permittitur electis atque dilectis dei et perpetuitas misericordie atque superiorum quibus affligendi sunt mali et iudicio creatoris damnandi due perpetuitates sunt. hoc autem non videatur convenienter dictum. Sicut enim in uno et eodem tempore quibusdam hominum bene est et quibusdam male. Sic et in eadem perpetuitate bene enim glorificatis et male damnatis et perpetuitas secundum quosdam non est nisi tempus interminatum a parte finis hoc est non habens finem. Utrum autem veri nominis tempus vel alia magnitudo continua possit esse infinita declarabis tibi in sequenti. Quod ergo habet sermo sanctus dominus de dilectis et electis quibusdam quod fulgebunt tandem stelle impenitus eternitates. Manifestum est tibi quia improprie dicitur hoc neque enim eternitas perpetua neque perpetuitas eternaverem dici potest rationes enim eorum sunt sicut appareret tibi ex his que processerunt. Sed neque eternitas recipitur divisione aggregatione sine pluralitate.

Liendum etiam est tibi circa hec quod sermo sancti huius cuiusdam ex prophetice